

neum ipsum, quod ipse ursus sacerdos facere disponit in cister-
na ejusdem ecclesie que est ante ipsa ecclesia, quam & vineam
illam & horto uno teniente que est a foras porta aurea, &
terre ipse de loco luceriole; & de petra que dicitur maga-
rita, seu & ipsis servis vel ancille. De quibus petiit fieri mu-
nitionem in prephata ecclesia a nostra excellentia, cujus peti-
tionis libenter assensum prebentes; hos nostre munitionis
apices in jam dicta ecclesia fieri jussimus. Propter quos om-
nino sancimus & perpetualiter nostris & futuris temporibus
per hoc nostrum roborem preceptum (1) concedimus atque con-
firmamus in suprascripta ecclesia sancti Johannis que constructa
est ad portam auream subdita predicti sacri nostri palatii;
omnia & in omnibus que a nostris antecessoribus seu a diver-
sis dignitatibus ibidem concessa atque oblata sunt, quam &
omnes illas ecclesias unde in eadem ecclesia offerciones de ipsis
rebus ad ipsas ecclesias pertinentes apud eadem fuerint; &
unde de ipse ecclesie offerciones non habuerit. Simulque con-
cedimus ipsius ursi venerabili sacerdoti ipsa ecclesia sancti jo-
hannis una cum ipse case & casaline que in circuitu ipsa ec-
clesia est, & terras & vineas & horto & servos atque an-
cillas, pariterque cum omnibus rebus substantiis ad eadem ec-
clesia pertinentibus, quatenus diebus vite sue predicta ecclesia
sancti johannis cum omnia ejus pertinentia in ejus sit pote-
statem tenendi dominandi gubernandi regendi & fruendi no-
mine, & de frugibus ipsis omnia faciendum quod voluerit,
nam non habeat potestatem de ipsis rebus & casis servis atque
ancillis & de ipsis mobilibus cuicumque dandi aut obligandi
vel

(1) Cioè Diploma, che tal-
volta nelle vecchie carte è chia-
mato anche Sigillo dall'esser mu-
nito del Suggello. In una carta
del Conte Unfredo riportata dal
dotto Giovanni Mabillone,

tom. 5. *Annal. Benedic.* così è
scritto: *Unde pro ipsius sacri
monasterii & Abbatum ejus se-
curitate & firmitate hoc sigil-
lum scribere jussimus per manum
Michaelis nostri notarii.*